Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De oratore

Cicero, Marcus Tullius

[Nürnberg], 26. März 1497

Quintus Cicero de petitione consulatus ad Marcum Tullium Ciceronem

urn:nbn:de:bsz:31-324199

Visual Library

Qu.CICERO DE PETITIONE CONSVLATVS AD.M.T.CICERONEM FRATREM SVVM.

TSI TIBI omnia ſuppetuut.que conſequi ingenio.aut vſu. aut diligentia poſſunt tñ
ab amore noſtro nõ ſum alienũ arbitratus ad te perſcribere ea que mihi veniebãt in mẽ-
tem:dies ac noctes de petitione tua cogitanti.non vt aliquid ex iis noui adiicerem. ſed
vt ea q̃ in re diſperſa atq̃ infinita videtur eſſe rõe.& diſtributione ſub vno aſpectu pone
rentur. quãquã plurimũ natura valet tamen videtur in paucoꝝ menſiũ negocio poſſe ſi
mulatio naturam vincere.Ciuitas que ſit cogita.quid petas.qui ſis prope quotidie ad forum tibi de
ſcendenti meditandũ hoc ſit.nouus ſum.conſulatum peto Roma eſt nominis nouitatem dicẽdi glo
ria maxime ſubleuabis.ſemp ea res plurimum dignitatis habuit non poteſt qui dignus habetur pa-
tronus conſulariũ indignus conſulatu putari. Quamobrem quoniam ab hac laude proficiſceris. &
quicquid es ex hoc es.ita paratus ad dicendum venito.quaſi in ſingulis cauſis iudicium de omĩ ne-
gocio futuꝝ ſit.Eius facultatis adiumenta quæ ſcio tibi eſſe ſepoſita.vt parata ac prompta ſint cura.
& ſæpe que de demoſthenis ſtudio & exercitatione ſcripſit Demetrius recordare deinde & amicoꝝ
multitudo.& genera appareant.Habes eñ ea que noui habuerunt.omnes publicanos.totũ ſere eq̃-
ſtrem ordinem multa preterea municipia multos abs te defenſos homines cuiuſq̃ ordinis aliquot
collegia.preterea ſtudio dicendi conciliatos plurimos adoleſcentulos.quotidianam amicoꝝ aſſidui-
tatem & frequentiam.Hec cura.& vt teneas cõmendando.& rogando & omni ratione efficiẽdo. vt
intelligãt qui debent tua cauſa referende gratie & qui volunt obligandi tui tẽpus ſibi aliud nullum
fore.Etiã hoc multũ videtur adiuuare poſſe nouũ hominẽ hominũ nobiliũ voluntas.& maxime cõ-
ſularium prodeſt quoꝝ in locum ac numerũ ſi peruenire velis ab iis ipis illo loco. ac numero dignũ
putari.Ii rogandi om̃es ſunt diligenter & ad eos allegandum perſuadẽdumq̃ eſt is.Non ſemper cũ
optimatibus de rep.ſenſiſſe minime populares fuiſſe. ſiquid locuti populariter videmur id nos eo
conſilio feciſſe vt nobis.Cn.Pompeium adiũgeremus vt eum qui plurimũ poſſet aut amicũ in no-
ſtra petitione haberemus aut certe nõ aduerſariũ. Preterea adoleſcentes nobiles elabora vt habeas.
vel teneas ſtudioſos quos habes.multũ dignitatis afferent plurimos habes. perfice vt ſciant. quãtũ
in his putes eſſe ſi adduxeris.vt ii qui non volũt cupiant plurimũ quidem ꝓderũt At multũ & no-
uitatem tuã adiuuãt quod eiuſmodi nobiles tecũ petunt vt nemo ſit qui audeat dicere plus illis no-
bilitatem quã tibi virtutem ꝓdeſſe oportere.Iam.P.Galbã.&.L.Craſſum ſummo loco natos qs eſt
qui petere conſulatũ putet. Vides igiť ex ampliſſimis familiis hoim: qui ſine neruis ſint tibi pares
non eſſe At Antonius & Catilina moleſti ſunt immo homini nouo induſtrio.innocẽti diſerto gra-
tioſo apud eos q̃ res indicãt optandi cõpetitores ambo ſiccarii ambo libidinoſi ambo egentes.coꝝ
alterius bona ꝓſcripta vidimus vocẽ deniq̃ audiuimus.iurãtis ſe Rome iudicio equo. cũ hoĩe gre-
co certa re nõ poſſe & ex ſenatu eiectũ ſcimus. Optima ve eo cenſoꝝ exiſtimatione in ꝑtura cõpeti-
torẽ habuimus amico Sabidio.& Panthera qđ ad tabulã quos poneret non habeat quo tñ in magi-
ſtratu amicã quã palam domi haberet de machinis emit. In petitione aũt cõſulatus cauponas om̃es
hic cõpilare p turpiſſimã legationem maluit quam adeſſe &.p.r.ſupplicare. Alter vero dii boni quo
ſplẽdore ẽ:primũ nobilitate eadẽ qua Catilina nũ maiore non ſed virtute. Quãobrem quã Manius
vmbrã ſuã metuit.hũc negliges q̃dem natũ in patris egeſtate: educatũ in ſororis ſtupris corrobora-
tũ in cede ciuiũ cuius primus ad.r.p.aditus in eq̃tibus romanis occidẽdis fuit.Nã illis quos memi-
nimus Gallis q̃ tũ tinioꝝ ac uannioꝝ ac tanuſioꝝ capita demebãt.Sylla vnũ Catilinã ꝑfecerat.in q̃-
bus ille hoiem vnũ optimũq̃ Catullũ ſororis ſue virũ equidẽ Ro.nullarũq̃ ꝑtiũ.tũ ſp natura. tum
etiã etate iam q̃a tum ſuis manibus occidit.Qđ ego nunc dicã petere cũ eo te conſulatũ.qui hominẽ
chariſſimũ po.ro.M.Mariũ in ſpectãte po.ro. virgis ꝑ totã vrbẽ ceciderit ad buſtũ egerit. ibi omni
cruciatu lacerarit viuo ſtatim collũ gladio ſua dextra ſecuerit.quũ ſiniſtra capillũ eiꝰ a vertice teneret
caput ſua manu tulerit.qum iter digitos eiꝰ riui ſanguis fluerẽt qui poſtea cũ iſtrionibꝰ.& cũ gladia-
toribus ita vixit.vt alteros libidins alteros facinoris adiutores haberet.qui nullum in locum tã ſan-
ctum.ac tam religioſum acceſſit.in quo non & ſi in aliis culpa non eſſet.tamen ex ſua nequicia dede-
coris ſuſpitionem relinqueret.qui ex curia curioſe.& Annios ab attiis Sapalas & caruilios.ex eque-
ſtri ordine Pompilios & Cneios ſibi amiciſſimos comparauit qui tantum habet audacie.tantum ne-
quicie.tñ deniq̃ in libidine artis.& efficacitatis.vt prope in parentum gremiis pretextatos liberos
conſtrupauerit.Quid ego nnuc tibi de Aprica. Quid de teſtiũ dictis ſcribã.nota ſunt.& tu ea ſepius
legito.ſed tamen hoc mihi non ꝑtermittendum videtur.qui primũ ex eo iudicio tam egẽs diſceſſit.
quã iudices eius ante illud iudiciũ fuerũt.deinde tam inuidioſus.vt aliud meũ iudiciũ quotidie fla-
gitetur.hic ſic ſe habet vt magis timeat etiam ſi quieuerit.quã vt contemnat.ſiquid cõmouerit quã-
to melior tibi fortuna petitionis data eſt. quam nuper homini nouo.C. Celio ille cum duobus ho-
minibus ita nobiliſſimus penitebat.vt tamen in iis omnia pluris eſſent quam ipa nobilitas ſumma
ingenia.ſummus pudor plurima beneficia.ſumma ratio ac diligentia petendi tamen eorum alterum
qum deeſſet.alterũ etiã quũ m̃to eẽt iferior genere. ſupior nulla re pene ſupauit. Quare ſi facies ea
q̃ tibi natura & ſtudia quibus vſus ſemp largiũtur.quæ tpibus tui ratio deſiderat.que potes.quæ de-
bes non erit difficile certamẽ iis competitoribus qui nequaquã ſunt tam genere inſignes.quã viciis
nobiles.Quis eñ reperiri põt tam improbus ciuis.qui velit vno ſuffragio duas in rep.ſiccas diſtin-

guere. Quoniam igitur quæ ſubſidia nouitatis haberes: & habere poſſes expoſui. Nunc de magnitudi
ne petitionis dicendum videtur. Conſulatum petis quo honore nemo eſt qui te non dignum arbitretur
ſed multi qui inuideant. Petis enim homo ex æqueſtri loco locum ſummum ciuitatis atq; ita ſummum.
vt forti homini: diſerto: innocento multo idem ille honos plus amplitudinis q̃ cæteris afferat. Noli puta
re eos qui ſunt eo honore vſi non videre tu quum idem ſis adeptus quid dignitatis habiturus ſis: eoſve
ro qui cōſularibus familiis nati locum maiorum cōſecuti non ſunt ſuſpicor tibi niſi qui admodū te amāt
inuidere: etiam nouos homines prætorios exiſtimo niſi qui tuo beneficio vincti ſunt nolle abs te ſe ho
nore ſuperari. Iam in populo q̃ multi inuidi ſunt: q̃ multi conſuetudine horum annorum ab hominib⁹
nouis alienati: venire tibi in mentem certe ſcio eſſe etiā nonnullos tibi iratos ex his cauſis quas egiſti ne
ceſſe eſt. Iam illud tu te circunſpicio. q̄ ad Cn. Pompei gloriam augendam tanto ſtudio te dediſti: num q̃
tibi putes ob eam cauſam eſſe amicos. Quobrem quum & ſummum locum ciuitatis petas: & videas eſſe
ſtudia quæ tibi aduerſentur: adhibeas neceſſe eſt omnem rationem & curam & laborem & diligentiā in
petitione magiſtratuum: quarum altera in amicorū ſtudiis. altera in populari voluntate ponenda ē. Ami
corum ſtudia beneficiis & officiis & vetuſtate & facilitate: ac iocunditate natura parte eſſe optet: ſed hoc
nomen amicorum in petitione latius patet q̃ in cætera vita. Quiſquis eſt enim qui oſtendat aliquid in te
voluntatis. qui colat qui domum ventitet is in amicorum numero eſt habendus. Sed tamē qui ſunt ami
ci ex cauſa quæſtoriæ cognationis aut affinitatis aut ſodalitatis aut alicuius neceſſitudinis his earū: ac iu
cundum eſſe maxime prodeſt deinde vt quiſquis optimus ac domeſticus maxime vt is amet quiq; fide
liſſimum eſſe te cupiat valde elaborandum puto: vt tribules: vt vicini: vt clientes: vt deniq; liberti poſtre
mo & ſeruitus Nam fere omnis ſermo ad forenſem famam a domeſticis emanat auctoribus: deinde ſūt
inſtituendi cuiuſcunq; generis amici ad ſpeciem hominis illuſtris honore ac nomine qui etiam ſi ſuffra
gandi ſtudia non nouerint tamen afferunt petitori aliquid dignitatis ad iuſticiam obtinēdam Magiſtra
tus ex ciuibus maxime conſules: deinde tribu. plæ. ad conficiendum centurias homines excellenti gratia
qui abs te tribunatum: aut centuriam. aut aliquod beneficium: aut haberent: aut vt habeāt ſperent eos pr
ſus magnopere compara & confirma: nam per hos annos homines ambitioſi vehementer omī ſtudio at
q; opere laborarunt: vt poſſent a tribulibus ſuis ea quæ peterent impetrare. hos tu homines quibuſcūq;
rationibus poteris vt ex animo: atq; ex illa ſumma voluntate tui ſtudioſi ſint laborato. Quod ſi ſatis gra
ti homines eſſent: ea omnia parata eſſe debebant: ſicut parata eſſe concerno: nam hoc biennio quatuor ſo
dalitates ciuium ad ambitionem gratioſiſſimorum tibi obligaſti. Furdani. Qu. Galli. C. Cornelii. L. Cor
uini. & horum in cauſis ad te deferendis quid eorum ſodales receperint & confirmarint ſcito. Na; inter
fui quare hoc tibi faciendum eſt: vt idem ab his quod debent exigas ſæpe commonendo: rogando: con
firmando: curando: vt intelligant nullum ſe aliud tempus vnq; habituros reſtituēdæ gratiæ: profecto ho
mines & ſpe reliquorum tuorum officiorum etiam recentibus beneficiis ad ſtudium ſeruandum excita
buntur. Et omnino quoniam eo genere amicitiæ petitio tua maximæ nunciata eſt: quo cauſarum defenſi
onibus adeptus es: fac vt plane in rebus quos deuinctos tenes deſcriptum ac depoſitum ſuum cuiq; mu
nus ſit. Et quemadmodum memini qui nulla in re illis vnq; moleſtus fuiſti: ſic cura vt intelligant omnia
te q̄ ab illis tibi deberi putaris ad hoc tempus reſeruaſſe. Sed quoniam trib⁹ rebus homines maxime ad
beniuolentiam aliquam hoc ſuffragandi ſtudia ducuntur beneficio: ſpe: adiunctione animi vel voluntate
animaduertendum eſt quemadmodū cuiq; horum generi ſit inſeruiendum. Minimis beneficiis homies
adducuntur: vt ſatis cauſæ putent ſe ad ſtudium ſuffragationis dediſſe nedum hi quibus ſaluti fuiſti: q̃s
tu habes plurimos: & intelligant ſi hoc tuo tempore tibi non ſatiſfecerint: ſe probatos nemini vnq; fore:
quod quum ita ſit: tamen rogandi ſunt atq; etiam in hanc opinionem adducēdi: vt qui nobis obligati fu
erint his viciſſim nos obligari adhuc videamur poſſe. Qui autem ſpe tenētur: quod genus hominū mul
to eſt diligentius atq; officioſius: his fac vt ꝓpoſitu; ac paratum auxilium tuū eſſe videatur: deniq; vt ſpe
ctatorem te ſuorum vel officiorum eſſe intelligant diligentem: vt videre te plane: atq; animaduertere q̃
tum ab vnoquoq; ꝓficiſcatur appareat. Tertium illud genus eſt ſtudiorum voluntarium quod agendis
gratiis accōmodandis ſermonibus ad eas rationes ꝓpter quas quiſq; ſtudioſus eſſe videbitur: ſignifican
do erga illos pari volūtate adducendam amiciciam in ſpem familia quiſq; poſſit vt ſcias & quemadmodū
inſeruias: & quid a quoq; expectes ac poſtules. Sunt enim quidam homines in ſuis ciuitatibus & muni
cipiis gratioſi. Sunt diligentes & copioſi qui etiam ſi antea ſtuduerint huic gratiæ tamen ex tempore ela
borare eius cauſa cui debent aut volunt facile poſſunt. His hominum generibus ſic inſeruiendum eſt vt
ipſi intelligant te videre quid a quoq; expectes: ſentire quid accipias meminiſſe quid acceperis. Sunt au
tem qui aut nihil poſſunt: aut etiam odio ſunt tribulibus ſuis nec habent tantum animi aut facultatis aut
enicātur ex tpe. Hos internoſcas & videto ne ſpe in aliquo maiore poſita præſidii parum comparetur. Et
quāq; partis & fundatis amicitiis fretum: ac munitum eſſe oportet tamen in ipſa petitione amiciciæ per
multæ ac perutiles comparanē. Nam in exteris moleſtiis habet hæc tamē petitio cōmodi poſſis honeſte
q̄d in cætera vita nō queas quoſcūq; velis adiungere ad amiciciā: quibus cū ſi alio tempore agas vt te vtā
tur abſurde facere videare. In petitione aūt niſi id agas: & cū multis & diligēter nullius petitor eē videare
Ego tibi hoc cōfirmo eſſe neminē niſi aliqua neceſſitudine cōpetitorum alicui tuorū ſit adiunctus a quo
nō facile ſi contenderis impetrare poſſis vt ſuo beneficio promereatur ſe vt ames: & ſibi vt debeas modo
vt itelligat te magni exiſtimare & animo agere hn̄ ſe ponere fore ex eo non breuem: & ſuffragatoriā. ſed

firmam & perpetuam amicitiam. Nemo erit mihi crede in quo modo aliquid virtutis ſit: qui hoc temp9
ſibi oblatum amicitiæ tecum conſtituendæ prætermittat: præſertim quum tibi hoc caſus afferat vti tecum
petant quorum amicitia aut contemnenda aut fugienda ſit: & qui hoc quod ego te hortor: non mō non
aſſequi: ſed ne incipere quidem poſſit. Nam quid incipiat Antonius homines adiūgere atq; imitare ad
amiciciam: quos per ſe ſuo nomine appellare non poſſit. Mihi quidē ſtultius nil videtur q̄ exiſtimare eū
ſtudioſum tui quem non noris. Eximiam quandam gloriam ac dignitatem: ac rerum geſtarum magnitu
dinem eſſe oportet: in eo quem homines ignoti nullis ſuffragantibus meritis honore afficiant. Nāq; vt
homo iners ſine officio ſine ingenio cum infamia nullis amicis ſeptus hominem plurimorum ſtudio atq;
omnium bona exiſtimatione munitum præcurat: ſine magna culpa negligentiæ fieri non poteſt. Q̄obrē
omnes centurias multis & variis amicitiis cura vt confirmatas habeas: & primum id quod ante oculos ē
ſenatores equiteſq; ro. exterorum hominum varios homines & gratioſos complectere. Multi homines
vrbani induſtrii: multi libertini: in foro gratioſi: variiq; verſantur. quos per te quos per communes ami
cos poteris ſumere: cura vt tui cupidi ſint. elaborato appetito: allegato ſummo beneficio te afficere oſten
dito: deinde habe oratores vrbis totius collegium omnium pagorum vicinitatum. Ex iis principes ad
amiciciam tuam ſi adiūxeris: per eos reliquam multitudinem facile tenebis poſtea totam italiam fac vt in
animo & in memoria tibi diſtributam. comprehenſamq; habeas: ne quod municipium: coloniam. præfe
cturam: locum deniq; italiæ ne quē eſſe patiare in quo nō habeas firmamenti quod ſatis eſſe poſſit. Per
quiras etiam: & inueſtiges homines ex omni regione eoſq; cognoſcas appetas confirmes: cures vt in ſu
is videlicet ciuitatibus tibi aliquos petant: & tua cauſa quaſi candidati ſint volent te amicum ſi ſuam a te
amiciciam experi videbunt: id vt intelligant oratione quæ ad rationem pertinet conſequere homīes mu
nicipales. & ruſticam nomine tantū noti in amicitia ſe eſſe arbitrentur. Si vero etiam præſidii ſe aliquid ſi
bi conſtituere putant non amittunt occaſionem ꝓmerēdi: hos cæteri: & maxime tui competitores ne no
runt quidem: tu & noſti: & facile cognoſcas: ſine quis amicicia eſſe non poteſt. neq; id tamen ſatis eſt tam
etſi magnum eſt: ſed vt conſequatur: ſpes vtilitatis: atq; amicitiæ: ne nomenculator. ſed amicus & bonus
eſſe videare. Ita quum & hos ipſos propter ſuam ambitionem qui apud tribules ſuos plurimū gratia poſ
ſint: ſtudioſos in centuriis habeas: & cæteros qui apud aliquam partem tribulum ꝓpter muncipii: aut ci
uitatis: aut collegii rationem valent cupidos tui conſtitueris in optima ſpe eſſe debebis. Iam equitū cen
turiæ multo facilius mihi diligentia poſſe teneri videntur. Primū cognoſcendi ſunt equites: deinde adi
piſcendi: multo enim facilius illa adoleſcentulorum ad amicitiā ætas adiungitur: deinde habebis tecū ex
iuuentute optimum quēq; & ſtudioſiſſimum humanitatis tamen equeſter ordo ſequetur illius auctori
tatem ordinis ſi abs te adhibebitur ea diligentia vt non ordinis illius auctoritatē ſolū voluntate: ſed etiā
ſingulorum amicitiis eas centurias confirmatas habeas. Iam ſtudia adoleſcentulorū in ſuffragādo: in ob
eundo in nunciando: in aſſentando mirifice & magna & honeſta ſunt: & quoniā aſſentationis mentio fa
cta eſt id quoq; curandum eſt: vt quotidiana cuiuſq; generis & ordinis: & ætatis vtare: Nam ex ea ipſa co
pia coniectura fieri poterit quanto ſis in ipſo campo virium ac facultatis habiturus. Huius autem rei tres
partes ſunt. vna ſalutatorum quū domum veniunt. Altera deductorum. Tertia aſſentatoriū. In ſalutato
ribus qui magis vulgares ſunt: & ad hanc conſuetudinē quæ nunc eſt plures veniunt hoc efficiendū eſt.
vt hoc ipſum minimum officium eorum tibi gratiſſimum eſſe videatur. Qui domum tuam veniēt. his
ſignificato te animaduertere: & eorum amicis qui illis renuncient oſtēdito. ſæpe ipſius dicito: ſic homīes
ſæpe quum obeunt plures competitores: & videāt vnum eſſe aliquem qui hæc officia maxime animad
uertat ei ſe dedunt deſerunt cæteros minutatim ex cōmunibus proprii: ex ꝓhucoſis firmi ſuffragatores
euadunt. Iam illud teneto diligenter ſi eum qui tibi ꝓmiſerit ꝓhucum vt dicitur facere velle ſenſeris vt te
id audiſſe aut ſcire diſſimules. Siquis tibi ſe purgare volet q̄ ſuſpectum eſſe arbitretur: affirmes te de illi
us voluntate nunq̄ dubitaſſe nec debere dubitare. Is. n. qui ſe non putat ſatiſfacere amicus eē nullo mo
do poteſt. Scire autem oportet quo quiſq; animo ſit: vt & quantū cuiq; confidas conſtituere poſſit. Iam
deductorum officium quod maius eſt q̄ ſalutatorum hoc gratius tibi eſſe ſignificato atq; oſtendito. Et
quoad eius fieri poterit cæteris temporibus deſcēdito. Magnam offert opinionem: magnam dignitatē
quotidiana in deducendo frequentia. Tertia eſt ex hoc genere aſſidua aſſentatorū copia in ea quos vo
luntarios habes. cura vt intelligant te ſibi imperpetuum ſummo beneficio obligari. Qui autem tibi de
bent ab iis plane hoc minus exige: qui per ætatem ac negociū poterunt ſibi tecum vt aſſidue ſint: qui ſi
ſectari non poterunt neceſſarios ſuos in hoc munere conſtituant. Valde ego te volo. & ad rem pertinere
arbitror ſemper cum multitudine eſſe præterea magnam affert laudem: & ſummam dignitatem ſi ii tecū
erunt qui a te defenſi: & qui per te ſeruati: ac iudiciis liberati ſunt. Hæc tu planæ ab iis poſtulato: vt quo
niām nulla impenſa per te alii rem honeſtam: alii ſalutem ac fortunas omnes obtinuerunt: nec aliud vllū
tempus futurum ſit: vbi tibi referre gratiam poſſint hoc te officio remunerēt. Et quoniam in amicorum
ſtudiis hæc omnis oratio verſatur qui locus in hoc genere cauendus ſit: prætermittendum non videtur
fraudis: atq; inſidiarum & perfidiæ plena ſunt omnia. Non eſt huius temporis admonere. Sūma tua vir
tus eoſdem homines: & ſimulare tibi eſſe amicos: & inuidere coegit. Q̄obrem illud teneto ner
uos: atq; artus eſſe ſapientiæ non temere credere. Et quum tuorum amicorum ſtudia conſtitueris: tū etiā
obtrectatorum: atq; aduerſariorum rationes & genera cognoſcito. Hæc tria ſunt vnum ex iis quos læſiſti
alterum qui ſine cauſa non amant: tertium qui competitorum valde amici ſunt quos læſiſti: quum cōtra

eos pro amico diceres iis te purgato plane neceſſitudines cōmemorato in ſpem adducito teni corū
rebus ſi ſe in amiciciā contulerint. pari ſtudio atq; officio futurum ſpondeto qui ſine cauſa nō amāt
eos aut beneficio aut ſpe aut ſignificādo tua erga illos ſtudia futura delinies dans operam. vt de il-
la animi prauitate deducas quo⁊ voluntas erit abs te propter competitorū amicicias alienior. hos
quoq; inſerui orationi qui ſuperiores. & ſi probare poteris te in eoſ ipſos competitores tuos beniuo
lo eſſe animo oſ͞dito quoniā de amiciciis conſtituendis ſatis dictum ē dicendū eſt de illa altera par
te petitionis. quæ in populari rōne verſatur. Ea deſiderat nomē clationem blanditiā aſſiduitatem be
nignitatem. rumo⁊ ſpem in. r. p. Primū id quod facis vt homines noris. ſignifica vt appareat. & arri
ge vt quotidie melius fiat. Nihil mihi tam populare. neq; tam gratum videt̄. deinde id quod natura
non habes indue in animū illa ſimulandū eſſe vt natura facere videare non comitas tibi neceſſe aſt ea
ꝙ bono. ac ſuaui homine digna ſunt ſed opus ē magnopere blanditia. quæ etiā ſi viciosa eſt & turpis
in cætera vita tamē in petitione neceſſaria. Tibi eñ qum deteriorē aliquē aſſentando facit improba
eſt. qum amiciciorem non tam vitupanda. petitori vero neceſſaria ē cuius & frons. & vultus. & ſer-
mo ad eo⁊ quoſcūq; cōuenerit ſenſus & volūtatem comitandus ē. Jam aſſiduatis nullū eſt p̄ceptum
verbum ipm docet ꝙ res ſit prodeſt quidē vehementer nuſq; dicere ſed tñ hic fructus ē aſſiduitatis
non ſolū eſſe Romæ atq; in foro ſed aſſidue petere ſæpe eoſ dē appellare non cōmittere vt quiſquā
poſſit dicere quid eius ſit conſeq poſſis ſi abs te non ſit rogatū & valde ac diligēter rogatū: benigni
tas autē late patet & ē in re familiari que q; q; ad multitudinē ꝑuenire non poteſt tñ ab amicis lauda-
tur multitudini grata ē. Eſt in cōuiuiis ꝙ facere abs te & amicis tuis concelebrentur. & paſſim & tri-
butim ē etiā in opera quā ꝓuulga & cōmunica. Cura vt aditus ad te diurni atq; nocturni pateant. ne
q; ſolū foribus ædiū tuarum. ſed etiā & vultu & fronte. quæ ē animi ianua. ꝙ ſi ſignificāt volūtatem
abditam eſſe. ac retuſam parui refert patere oſtiū. Homines eñ nō mō prompti ſibi p̄ſertim ꝙ a cādi-
dato petant. ſed etiā large. ac honorifice ꝓmitti volūt. quare hoc quidē facile p̄ceptum ē. vt qđ actu-
rus ſis id ſignifices te ſtudioſe ac libenter eſſe facturum. Illud difficilius & magis ad tempus q; ad
naturā accomodatū tuam qđ facere non poſſis vt iocūde neges quo⁊ alterū ē boni viri alterum bo-
ni petitoris. Nam qum id petit̄ quod honeſte aut ſine detrimento noſtro ꝓmittere non poſſumus
quomō ſiquis roget vt contra amicū aliquā cauſam recipiamus belle negandū ē oſtendas neceſſitu-
dinem demonſtres quā moleſte feras aliis te id rebus exacturū eſſe ꝑſuadeas. Audiui hoc dicere qn
dam de quibuſdam oratoribus ad quos cauſam ſuā detuliſſet gratiorē ſibi orationem fuiſſe qui ne
gaſſet quā illius qui recæpiſſet. ſic homines fronte & oratione magis q; ipo beneficio. re q; capiunt̄:
Ve⁊ hoc probabile eum. illud alterum ſubdurum tibi homi planito ſed tñ ipi tuo conſulam quibus
in te ꝑpter aliqđ officiū neceſſitudinis affuturum negaris. tñ ii pn̄t abs te placati. equiq; diſcere qui-
bus autē icciirco negatus q; te impeditum eſſe dixeris aut amicorū negociis aut grauioribus cauſis
aut ante ſuſceptis inimici diſcedunt omnes q; hoc animo ſunt. vt tibi te mentiri malint. q; negare. C.
Cotta in ambitione artifex dicere ſolebat ſe operam ſuā quod non cōtra officiū rogaret̄ polliceri ſo-
lere omnibus impartire iis apud quos optime poni arbitraretur. Ideoq; ſe negari nemini quo ſæpe
acciderunt cauſa. cur is cuius pollicitus eſſet vacuus foret pluſquam putaſſet. neq; poſſe domū eius
compleri qui tantūmodo reciperet. quantum videret ſe obire poſſe caſu fieri vt agantur. Deinde eē
extremum vt naſcatur is cui mendacium dixeris. id ſi promittas & incertum eſt & in diem & in pau
cioribus ſin autem id neges. ſtatim alienant ſe & inimicantur. Plures enim multo ſunt qui rogāt vti
liceat opera alterius quā qui vtantur. Quare ſatis eſt ex iis aliquos aliquando in foro tibi naſci. quā
omnis continuo domi preſertim qum multo magis iraſcantur iis qui negant quam iis qui inuideāt
ea cauſa impeditum facere quod promittit vt cupiat ſi vllo modo poſſit. At ne videar aberraſſe a
diſtributione mea qui hæc in hac populi parte petitionis diſputem hoc ſequor. Hæc omnia nō tā ad
amicorum ſtudia. quam ad popularem famam pertinere. & ſi ineſt aliquod dictum ex illo genere be
nigne reſpondere ſtudioſe inſeruire negociis amicorum ac periculis. tamē hoc loco ea dico quibus
multitudine capere poſſis. vt de nocte domus compleatur vt multi ſpe tui preſidii teneātur. vt ami-
ciciores abs te diſcedant quam acceſſerint. vt quā plurimū aures optimo ſermone cōpleant. Sequit̄
eñ vt de rumore dicendum ſit cui maxime ſeruiendum eſt. Sed quæ dicta ſunt omni ſuperiori rōne
eadem ad celebrandum rumorem valent dicendi laus ſtudia publicanorum & equeſtris ordinis ho-
minū. q; nobilium voluntas adoleſcentulo⁊ frequentia eorum qui abs te defenſi ſunt aſſiduitas. ex
municipiis multitudo eorum quos tua cauſa veniſſe appareat. bene homines noſſe cōmuniter ap-
pellare aſſidue ac diligenter petere benignum ac liberalem eſſe. bene loqui exiſtimare domus vt mul
ta nocte compleatur omniū generum frequentia adſit. ſatiſfiat oratione omnibus re operaq;. mltis
proficiat in id quod fieri poteſt laborare & arte ac diligentia. non vt ad populum ab iis omnibus fa
ma perueniat. ſed vt in iis ſtudiis populus ipe verſetur. Jam vrbanam illam mltitudinem & eorum
ſtudia qui conciones tenent quæ adeptus eſt in Pompeio ornando Manilii cauſa recipiendi Corne
lio defendēdo excitanda nobis ſunt quod adhuc habuit nemo. vt ſimul quidem ſplendorem homi-
num volūtateſq; haberet. Efficiēdum etiam eſt vt ſciant omnes. S. Pompei ſummam erga te eſſe vo
luntatem. & vehementer ad illius rationes te id aſſequi quod petis pertinere. Poſtremo tota petitio
cura vt pompe plena ſit vt illuſtris. vt ſplendida. vt popularis. vt habeat ſummā ſpēm ac dignitatem
vt etiam ſi quid poſſit ne cōpetitoribus tuis exiſtat. aut ſceleris. aut libidinis. aut largitionis accōmo

data ad eorum mores infamia. atq; etiam in hāc petitionē maxime videndū eſt vt ſpes. r. p. bona de
te ſit. & honeſta opinio. Nec tamē in petendo. r. p. capeſcenda ē neq; in ſenatu neq; in concione. ſed
hæc ſunt tibi retinēda. vt ſenatus te exiſtimet ex eo ꝙ ita vixeris defenſorē auctoritatis ſuæ fore. Et
equites romani boni & locupletes. & vita acta te ſtudioſum ocii atq; reꝝ trāquillarū multitudo ex
eo dūtaxat ꝙ oratione in concionibus ac iudicio populari fuiſti te a ſuis cōmodis alienū nō futurū.
Hæc mihi veniebat in mentem de duabus cōmotionibus matutinis quo tibi quotidie ad forum de
ſcendenti meditandū eſſe dixeramus nouus ſum. Conſulatū peto. Terciū reſtat. Roma ē ciuitas ex
nationū conuētu conſtituta. in qua multæ inſidiæ. multa fallacia multa in omni genere vicia verſanť:
multoꝝ arrogantia. multoꝝ contumacia. multoꝝ maliuolentia. multoꝝ ſupbia. multoꝝ odiū. ac mo
leſtia pferenda ē. Video eſſe magni conſilii atq; artis in tot hoim cuiuſmodi viciis tantiſq; verſantē
vitare offenſionē. vitare fabulā vitare inſidias. eſſe vnū hoim accōmodatū. ad tantā morū ac ſermo
nū & volūtatum varietatē. Quare etiā atq; etiā perge tenere iſtā viā. quam inſtituiſti. Excelle dicendo
hoc. & tenētur rome homies & alliciūtur. & ab impediendo. ac lædēdo repellūtur. Et quoniā in hoc
maxime viciosa ē ciuitas ꝙ largitione interpoſita virtutis & dignitatis obliuiſci ſolet. in hoc fac vt
te bñ noras vt intelligas eū eſſe te qui iudicii ac piculi metū maximū competitoribus afferre poſſis.
Fac itaq; vt ſe abs te cuſtodiri. atq; obſeruari ſciant tū diligentiā tuā tū auctoritatē vimq; dicēdi tū p
fecto equeſtris ordinis erga te ſtudiū pertimeſcent. Atq; hæc ita te volo illis pponere. vt videare acca
ſionem nō meditari. ſed vt hoc terrore facilius hocipm quod agis conſequare. & plane ſic contende
omnibus neruis ac facultatibus vt adipiſcamur qd petimus. Video eſſe nulla comitia tam inquinata
largitione. quibus nō gratis aliq centuriæ renūcient ſuos maxime neceſſarios. Quare ſi aduigilam⁹
p rei dignitate. & ſi noſtros ad ſummū ſtudiū beniuolos excitamus. & ſi hominibus ſtudioſis gratio
ſiſq; noſtri ſuū cuiq; munus deſcribimus. & ſi competitoribus iudicia pponimus. ſi equeſtribus me
tum iniicimus diuiſores ratōne aliqua coercemus profici poteſt vt largitio nulla fiat aut nihil valeat
Hæc ſunt q̄ putaui non melius ſcire me q̄ te ſed facilius his tuis occupationibus colligere vnū in
locum poſſe. & ad te perſcripta mittere que tamen & ſi ita ſcripta ſunt. vt non ad omēs qui honores
petant ſed ad te pprie. & ad hanc petitionem tuam valeant. tamē tu ſiquid mutandum eſſe videbit.
aut omnino tollendum. aut ſiquid erit præteritum velim mihi hoc dicas. Volo. n. hoc cōmentarioꝝ
petitionis haberi omni ratione perfectum.

MARCI TVLLII CICERONIS DE OPTIMO GENERE ORATORVM.

RATORVM genera eſſe dicuntur tanq; poetarum. hoc ſecus eſt. nam alterum ē mul
tiplex. Poematis eīm tragici. comici. epici mellici etiam ac dithyrambici. quo magis ē tra
ctatum a latinis ſuū. quo cuiuſq; eſt diuerſum a reliquis. Itaq; & in Tragedia Comicum
viciosum eſt. & in comœdia tragicū turpe. Et in cæteris eſt ſuus cuiuſq; certus ſonus. &
quædam intelligentibus nota vox. Oratorum autem ſi quis ita numerat plura genera.
vt alios grādis aut grauis. aut copiſos alios tenuis aut ſubtilis aut breuis alios eis interiectos & tā
quam medios putet. de hominibus dicet aliquid de re parum. In re eīm qd optimū ſit. in homine aūt
quod dicitur. Itaq; licet dicere Ennium ſummū. Epicum poetam. ſicut ita videtur. & Pacuuiū Tragi
cum. & Cecilium fortaſſe comicum. Oratorum genera non diuido. perfectum eīm quero. Vnū autē
eſt genus perfecti. a quo qui abſunt non genere differunt. vt ab Accio Terentius. ſed in eodem ge
nere non ſunt pares. Optimus eſt eīm orator qui dicendo animos audientium & docet & delectat &
permouet. Docere debitum eſt delectare honorariū. permouere neceſſarium. hoc vt alius magis q̄
alias faciat concedendum. vere id fit non genere ſed gradu. Optimum. n. vnum eſt & pximum qui
dem ei ſimillimū. ex quo perſpicuū quod optimo diſſimillimū ſit. id eſſe deterrimū. Nam qm̄ eloquē
tia conſtat ex verbis & ſententiis perficiendum eſt vt pure & emendate loquentes qd eſt latine. Ver
borum & propriorum & tranſlatorum elegantiam perſequamur. in propriis autem aptiſſima eliga
mus. in tranſlatis vt ſimilitudinem ſecuti vtamur alienis. Sententiarū autē tot ſunt genera quot dixi
eſſe laudum. Sunt eīm docendi acute delectandi quaſi argute. cōmouendi etiam graues. ſed & verbo
rum eſt ſtructura quædam duas res efficiens numerum & lenitatem. & ſententiæ ſuam compoſitio
nem habēt ad rem pbandā accomodatū ordinē. ſed eaꝝ oim rerum vt in ædificioꝝ memoria ē quaſi
fundamentum lumen actio. Ea igitur in quo omnia erūt ſumma erit peritiſſimus orator in quo me
dia mediocris. in quo minima deterrimus. Et appellatur omnes oratores quaſi pictores omnes ap
pellantur etiā mali. nec generibus inter ſe ſed facultatibus differunt. Itaq; nemo eſt orator qui demo
ſthenis ſimilem ſe eſſe nolit. at Menander Hōmeri noluit. Genus aūt erat aliud. at id non ē in orato
ribus aut etiā ſi ē vt alius grauitatē ſequens ſubtilitatem fugiat. Contra alius acutiorem ſe q̄ ornati
orem. malit etiā ſi ē in genere tolerabile nō eſt certe in optimo ſiquidē quod omēs laudes habet. id ē
optimū. Hoc aūt breui⁹ dixi quidē q̄ res petebat. ſed ad id quod agimus non fuit dicendum pluri
bus. Vnū. n. qum ſit genus. id quale ſit q̄rimus. Eſt autem tale quale floruit Athenis. ex quo oratorū
ipſa vis ignota eſt nota gloria nā alteꝝ multi viderunt viciosi nihil apud eos eſſe. alteꝝ pauci laudabi
lia multa eſſe. Eſt eīm viciosum in ſententia ſiquid abſurdū aut alienum aut non acutum aut ſub inſul
ſum eſt. In verbis ſi inquantum ſi abiectū ſi nō aptū ſi durum ſi lōge petitū. hæc vitauerūt fere omēs
qui aut attici numeātur aut dictum attice ſed oratores valuerūt. ſani dumtaxat ſicci habeantur. ſed